adjiciatur documento credulitas, aut præsentia testium coram quibus contractus est factus: aut forsitan novissimum [1] ejus rei refugium invenerit: dicimus autem quod ex jurejurando est, nam non infirmamus quod factum est: nam falsitates & imitationes metuentes, & nudis eis existentibus non credentes, hujusmodi subtilitatem caufæ addimus: non [2] ut credentes privemus fide sua circa amicos, sed ut quantum possibile est, & perfidiam & negationem multis reconvincamus modis.

CAP. V.

Quomodo tabelliones caute debeant instrumenta componere.

SEd & si instrumenta publice confecta sint: licet tabellionum habeant supplementum [3], adjiciatur & eis antequam [4] compleantur (sicut dictum est) testium ex scripto præsentia.

CAP. VI.

De comparatione notarum.

OPortet autem judicantes, & si qua signa [5] invenerint adscripta chartis, etiam hæc requirere, & legere niti. Plurima namque novimus & ex aliis apparuisse, & non facile fidem ex literarum aliarum collatione recipere, propter dudum dictas a nobis causas.

CAP. VII.

De comparatione literarum.

SI vero moriantur omnes testes, aut forsan absint, aut aliter non facile sit fidem ex testium subscriptionibus invenire, neque tabellio superesti qui complevit: (si quidem publice sit confectum) quatenus testimonium perhibeat pro se, aut non est in civitate: sed necesse est omnino collationem literarum suppletiones eorum qui subscripserint, assumere: tunc [6] competens est properare quidem ad comparationes, (neque enim eas modis omnibus interdicimus) per omnem autem subtilitatem procedere, & omnino, (si putaverit eis judex oportere credi,) etiam jusjurandum [7] injicere proferenti: *Quia [8] nihil maligni conscius in eo quod ase profertur, nec quandam artem circa collationem fieri præparans, sic utitur eo, quatenus neque perimatur quicquam omnino, & per omnia munitio in rebus fiat.* §. 1. In his vero quæ conficiuntur publice [9] documentis, si tabellio venerit, & testimonium perhibuerit cum jurejurando, si quidem non per se scripserit, sed per [10] alium ministrantem sibi, & ille [11], si vivit, si quidem possibile omnino est eum venire, & nulla causa prohibet ejus adventum, ægritudo forte valida, aut quælibet aliarum necessitatum quæ hominibus accidunt. Quod si etiam adnumeratorem [12] habuerit instrumentum, & ipse [13] adveniat: ut tres sint testificantes, & non unus. Si vero neque adnumerator [14] assumptus est, & instrumentum ipse tabellio totum per se conscripsit, atque supplevit, aut si etiam qui hoc conscripsit [15], non est, aut aliter ipse venire non valet: tamen cum jurejurando propriæ [16] completioni attestetur [17], ut comparationi non fiat locus, sint etiam sic credibilia documenta, testimonium enim & ex voce complentis factum, & jusjurandum habens adjectum, præbuit quoddam causæ monimentum [18]. §. 2. Quod si tabellio defunctus est, & testimonium perhibeatur suppletioni ex alia collatione: si quidem etiam sic habeat eum, qui conscripsit instrumentum, viventem, & adnumeratorem: adveniant [19] & illi, si quidem præsentes sunt, & habeat ex collatione adimpletionum & ex testibus causa fidem. Si vero nullus horum sit, tunc fiat quidem completionum collatio: non autem sola hæc ad hoc sufficiat, sed & aliorum subscribentium forte aut contrahentium scripturæ examinentur: ut ex plurimis comparationibus, tam completionis quam subscribentium forte aut etiam contrahentium, una quædam colligatur undique & efficiatur fides. §. 3. Si vero nihil aliud inveniatur præter collationem instrumentorum: quod hactenus valuit, fiat: ut qui profert ad [20] collationis documentum juret solemniter [21]. Ut autem aliquod omnino causa finem fiat augmentum ad majorem negotii fidem: & ipse qui [22] hoc petit fieri, juret: *quia non aliter illorum habens fidem, ad collationem instrumentorum venit: nec quicquam circa eam egit aut machinatus est quod possit forte veritatem abscondere:* de quibus [23] licite fit sese liberare contrahentes, si consenserint utique ad hoc venire, ut infinuent [24] instrumenta: & profiteantur ea sub gestis monumentorum ipsi contrahentes, quatenus priventur nequitia & corruptione & falsitatibus: & quæcunque alia mala corrigentes, præfentem promulgamus legem: iis quæ dudum a nobis in collationibus literarum factarum, per scripturam propriæ manus fancita sunt, in fua virtute manentibus: præculdubio & in iis qui literas [25] nescíunt, quæ olim valent in judiciis, fuam habentibus firmitatem: quoniam quidem ex judiciali forma acceperunt examinationem hæc talia competentem.

CAP. VIII.

Imperiti literarum quomodo caute contrahant.

OPortet vero in iis qui literas [26] nescíunt, & testes & omnino [27] tabularios [28] adhiberi, in quibus locis sunt tabularii, maxime autem testes [29] non ignotos [30] contrahentibus: ut quidam scribant pro illiterato, aut paucas literas sciente: alii vero attestentur, *quia etiam præsentibus eis hæc gesta sunt, & scierunt eum:* & ita talium instrumentorum suscipiatur fides, manifestum existens, quia non minus quam quinque [31] testes in his talibus adhibendi sunt, inter quos erit & qui scribit pro [32] contrahente, aut totum (aut post ea quæ) post paucas [33] literas illius posita sunt: quatenus nihil omittatur de summa subtilitate.

CAP. IX.

De contractibus sine scripto compositis.

ET hæc dicimus super instrumentis ex [34] scripto confectis: nam si quis facere quemlibet contractum ex [35] non scripto voluerit, hoc manifestum est, quia aut per testes, aut per jusjurandum [36] fidem percipiet: actore quidem testes deducente, pulsato autem jurante aut referente, sicuti judex negotium dispofuerit. Ut [37] autem nihil sit neque horum inemendatum: illud quoque adjicere legi bonum est, ut si usque ad [38] *unam* auri [39] libram fuerit contractus: hujusmodi observationem in hoc minime custodiri: sed secundum hoc quod tunc actum est, causam fieri, ut non de rebus [40] exiguis maximas attritiones homines sustineant. Hæc autem omnia tenere in [41] civitatibus volumus, nam in agris (ubi multa simplicitas [42] est, & neque scribentium aut testium multorum copia est) quæ hactenus apud eos valuerunt, & nunc sint etiam firma: hoc enim & in ipsis testamentis quibus maxime studemus, jam a nobis sancitum [43] est. Valeat itaque lex in omnibus quæ [44] post [45] hæc facienda sunt instrumentis & contractibus: quod enim jam transivit, cui quispiam sanciat? Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus, apud nos autem introductarum, quatenus quotidie inter sese contendere homines compescamus, præauferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem.

EPILOGUS.

† Quapropter convenit tuam eminentiam hæc cognoscentem, manifesta omnibus facere subjectis, & qui hic sunt, & qui in gentibus: etenim ad alios gloriosissimos præfectos, & qui in Hesperia sunt [46], & in Libya, & qui in Septentrionalibus (dicimus autem in Illyrico) scripsimus ut omnis nobis respublica plena fiat hac lege subjectorum medente concussionibus. Datum prid. Non. Jun. CP. Imper. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XII. JOHANNE V. C. CONS. [47].

TIT. III.

QUIBUS MODIS NATURALES FILII EFFICIANTUR LEGITIMI [48] ET SUI [49], SUPRA ILLOS MODOS QUI IN SUPERIORIBUS CONSTITUTIONIBUS CONTINENTUR.

NOVELLA CONSTIT. LXXIV.

Imp. Justin. August. Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsulti ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

RECte dictum est a præcessoribus nostris, & ante omnes a Juliano [50] sapientissimo, quia nulla lex [51] neque senatusconsultum prolatum in republica Romanorum, videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. Igitur de iis qui ex naturalibus ad fuorum [52] jus perveniunt, & multas & varias conscripsimus leges. Ex his autem quæ a natura rerum per singula moliuntur, invenientes aliquid deesse iis quæ jam statuta sunt: hoc in præsenti corrigimus. Sancitum [53] namque est, ut si quis habens mulierem puro fibi affectu conternatam [54], deinde filios procreaverit. & postea etiam nuptialia fecerit instrumenta [55], & legitimos ex ea procreaverit filios: tabularius ejus, & tres testes.

32 Sensus est obscurus, quem ita ex Juliano *hic n.* 241. colligo. Pro imperito literarum tertius potest subscribere. Nemo tamen scribendi paucas literas scribere. Hoc ita peracto, quinque testes subscribere debent, quod præscripsimus esse, ut quinque testium fides subscribere debeant, quod præscripsimus esse, vide quæ scripsi ad *Novell. Leonis* 72. & ita literarum imperiti debent instrumenta componere. Sic in accusatione pro literarum imperito scribi potest, *l. 3. §. 2. ff. de accus.* 33 Signum crucis intelligit. *Nov. 90. in fin.* vide *l. ult. §. 2. C. de jure delib.* 34 De quibus convenit, ut in scriptis fierent. 35 Contractus ex non scripto per esse probationis, hinc colligere possimus. 36 Jusjurandum genus *fi contractus. C. de fide instrum.* 37 Hinc fumpta est Authentica, *Ut titute, Jul. hic.* 38 De vi & potestate hujus constitutionis in quanhoc ait. Rerum vilium non admitti petitionem, cum & gallinæ *Nov. 69. c. 1. §. 1. & §. 16. Inst. de rerum divif.* & quinque potuam admittatur petitio, vide *l. 5. C. fi no certum.* 40 Non fed æquum negat esse scrupulosas nimis & curiosas folennitates in contractibus, non ita magnas quarumcunque habendis, requiri. 41 De vi & potestate hujus constitutionis in loco, Julian. *hic.* 42 Rusticorum simplicitas summa est: idque rusticitas dicitur innocens & quieta. *l. 3. Cod. de defensor. civit.* Remittitur rusticitati solemnitas exacta testamenti faciendi, *ad tit. & l. 21. C. de testam.* ut & in nuptiis, *c. 4. in fin. J. Novo proc.* Volunt etiam ignofci rustico, propter ignorantiam invelitorum intra tempus statuto definitum non petenti. *l. 26. §. 1. ff. de liberis & posthumis.* Alio sensu dicitur rusticus semper a tutela, *l. 6. §. 19. ff. de excusf. tut.* nunquam vero a pœna editi ut in jus vocandi, *l. 2. C. de in jus vocand.* 43 De testamento ruri facto vide *l. 21. C. de* 44 Addit Paponem 3. *Notar. 6. c. de legitimation de bastards*, & *Arrest. 5. c. de* 45 Vid. *l. 7. C. de legibus.* 46 Italia. *legitimations.* Goth. De liberorum differentia & legitimatione vid. Rittershul. *in expl. Novell. part. 4. c. 12. & part. 7. cap. 4. & 17.* Anf. 47 Id eft, anno 538. 48 De vario modis legitimandorum filiorum naturalium, & de legitimatione per matrimonium, *seu de contracto cum matre naturalium liberorum matrimonio ab ipso patre naturali.*

SI [1] quis fane non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere voluerit, mulierem vero aut non habet penitus, aut quæ non sine delicto sit, aut quæ non appareat, habeat autem secundum quandam legem ad matrimonium præpeditam: damus ei fiduciam nova quadam & nunc adinventa a nobis via ad legitimorum jus perducere naturales, proculdubio suis in talibus casibus non existentibus filiis. Sicut [2] enim quidam a præcedentibus nos adinventus modus est, qui libertos ad ingenuitatem dedecit, præmandans [3] quidem eos alio quodam actu, & dans eis aureorum jus annulorum, postea [4] vero ad ipsam deducens naturam [5], quæ fervum & liberum ab initio non discrevit, sed liberam hominis fecit prolem: sic & nos hunc modum adinvenimus causæ: & licebit id patri, ut in iis qui dudum a nobis dicti sunt modis, vel etiam si quis alter occurrerit talis: multæ namque, sicut prædiximus, naturæ [6] sunt novitates. Liceat igitur, (sicuti prædiximus) patri, si [10] legitimam non habeat sobolem, filios restituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, si ex libera ei fiant, & suos de cætero, & sub poteftate habere: neque enim a principio, quando sola natura fanciebat, hominis (antequam [11] scriptæ provenirent leges) fuit quædam differentia naturalis atque legitimi, fed antiquis parentibus antiqui filii mox ut procedebant, fiebant legitimi. Ei ficut in liberis [12] natura quidem liberos fecit omnes, bella [13] vero fervitutem adinvenerunt: sic etiam hinc natura quidem legitimas prodúxit soboles: attamen ad concupiscentiam diversio [14] naturales eis immiscuit: tanquam ergo fimilibus paffionibus factis, oportet etiam medelam ex qualitatibus inveniri: illam quidem a præcessoribus nostris, hanc vero a nobis.

CAP. II.

De legitimatione ex testamento.

SIt [15] igitur licentia patri matrem in priori statu relinquenti, si ex veritate aliquid circa [16] thorum [17] apparuerit deliquisse, (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus) & si quædam circumventio est, aut non est, aut lateat, aut *aliquid etiam aliud* fiat circa eam, aut quod prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia: etiam sic providere filiis, & offerre imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia vult naturales fuos filios reftituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, & legitimorum juri, ut fub poteftate ejus consistant, nihil a [18] legitimis filiis differentes: & hoc facto exinde filios frui tali folatio: & neque fraudare posse patrem, & celantes matrem, & jus legitimorum abscere.

l. 5. C. de naturalibus liber. Hodie autem & ex Novella Justiniani 18. requiruntur, præter matrimonium, dotalia instrumenta) non eos tantum, quos suscepit ex ejusmodi matrimonio, sed & antea natos, cosque in poteftatem fuam redigit. *l. 10. C. de naturalibus.* (fidem dicendam eft de eo, qui concepit in concubinatu; natus eft autem in matrimonio, *arg. l. 5. §. 2. ff. de ftatu hom.*) five poftea nati filii vivant, five mortui fint liberi. quod & obtinet, licet fi omnino fullus alius procreatus fit, *verfic. fed habuit. inft. hic.* *l. 11. Cod. de naturali. liberis*: Jul. *hic.* Quid fi nuptias cum matre naturalium liberorum non contraxit, aut ei dotalia non fecit inftrumenta, demus enim, eam mortuam effe: demus, mœrem pudicitiam vulgafle, fufceptos tamen ex ea liberos a patre diligi? poter reftripto principis legitimare eos poteft, §. 2. *J. hic. Jul. hic.* Poteftne invitos legitimare? poteft, §. 2. *J. hic.*

1 Vid. Jul. *hic.* 2 *Per l. 11. C. de naturalibus liberis.* 3 Hinc fumpta eft Authentica, *Præterea. C. de naturalibus liberis.* 4 Jul. *num.* 245. 5 Argumen. tum nota a jure aureorum annulorum conceffo libertis, ad legitimationem liberorum naturalium. 6 Περιπαθείαι, id eft, repugnans. 7 Intelligit reftitutionem natalium. 8 Omnes homines natos liberi, nullus fervus. 9 Natura multa innovat. *Novell.* 73. 10 Habens legitimos liberos, naturales legitimare non poteft, nifi contracto cum ipforum matre matrimonio. 11 Ante fcriptas leges, omnes liberi ex æque legitimi. 12 Omnes liberi (id eft, omnes filii) naturaliberi. *Nov.* 89. *c.* 1. & 9. 13 §. 3. *Inftit. de jure perfonarum. l. 4. ff. de jufti. & jur. l. 64. ff. de cond. indeb.* 14 Ἐκτροπὴν, hoc vult: Naturales liberos carnalis effe concupifcentiæ. 15 Hinc fumpta eft Authentica, *Item. C. de naturalib.* 16 Puto hic quarti, Num patri liceat ex adultera & in adulterio fufceptos liberos legitimare? 17 Quia in corpus fuum peccavit. Jul. *hic.* 18 Effectus legitimationis. 19 Hoc eft, fi juftæ caufæ dotalia inftrumenta impediat. Jul. *hic.* 20 Patris teftamento quomodo legitimari poffunt naturales liberi. 21 Naturæ, fi ad parentes referas: legis, fi ad principem. 22 Dixi ad *tit. C. de adopt.* 23 Subaudi: Juftinus. adde *Nov.* 89. *c.* 11. §. 2. 24 Ut cum patribus filios naturales legitimos per adoptionem facere liceat. adde Julian. *hic n.* 243. 25 Αμοιβαῖαι διαθῆκαι, mutua affectione, dixi ad *l. 30. §. 6. ff. de reg. Jur.* 26 Vide quæ notavi ad *l. 19. §. 1. ff. de annuis.* his adde illud Epicteti in Enchirid. αἱ γυναῖκες διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν κωλύονται. Hieronymus *adverfus Jovinianum*, velanda Domina, celebrandus natalis ejus. 27 Caftitas amica legibus. 28 Furore amoris nihil violentius, Νὸν εἶναι κρεῖττον ἐρωτικῆς ἐκβακχεύσεως. *Sterbin.* τὸ παιγνίδιον δὲ τοῦ τε ἔρωτος θεωτέον; Euripid. in Antigon. ἔρωτα δυσμαχώτατον γένεσθαι. Theophraftus. Plato quoque amorem vocat furorem in *Phædro*, & Plutarchus apud Stobæum *ferm.* 185. eis ob furtivarum, fortilegio amoris caufa fcho, injuria illata & fimilibus: furor enim verus excufat. *l. 14. ff. de off. præfid.* huc tandem redit, Amorem nimium a patre non exercitare, fed timere eum elevare: quia in re fubfifto. Nam fi nimius amor ponam in delictis eius punitur, qui ad adulterium committendum amico domum præbuit, *l. 9. ff. ad l. Jul. de adult.* punitur quoque, qui affinem vel cognatum Iatronem conservavit, quamvis mitius, nec enim par eft delictum eorum, qui nihil ad fe pertinentes recipiunt, *l. 2. ff. de recept.* 29 Philofophorum eft, ac perfectorum, amorem refrænare. 30 Decretatoris captivis, dotalia inftrumenta & donatio propter nuptias requiritur: in effe vero, qui honeftiore militia funguntur, fcriptura fufficit, Jul *conft.* 67. *n.* 245. Deinde hanc hanc legi *Nov.* 117. *cap.* 4. 31 Μαρτύριον περὶ συγκλητικῶν *Scrimg.* 32 Matrimonium eft contractus ecclefiafticus, unde & in templo coram ecclefia celebratur, & ecclefiæ confpectum, *Novell.* 89. *c.* 8. & ibi Gothofr. Plaçet illud dumtaxat: Præter matrimonium, nuptias requiri: & ibem requirendam conjugii conventionem, requiri folemnitatem, ritum & facram benedictionem in ecclefia Chriftiana ufitatam. Sed de ea re dicam plenius ad *Nov. Leonis* 89. ut & de clandeftinis nuptiis ad *l. 7. Cod. de repud.* 33 Qui in *Christ.* 34 Quia ipfarum interest peritum a miniftris ecclefiæ. 35 Attestatio nuptiarum initarum. adde Jul. *hic n.* 245. 36 Forma attestationis ecclefiaftice. Rebuffum *tom. 2. tractat. de negotiis feu liberis baptifmi, fponforum, & aliorum adhibitorum*: facit *l. 3. ff. de cenfibus.* 38 De archivo alias dixi ad *l. 9. §. 6. ff. de pœn.* adde *l. 30. Cod. de epifcop. audient.* 39 Τετίκται τὸ τοιοῦτο κυριολεκτικῶς. Ita legunt hic Græci. Jul. *hic n.* 265. in fancto oratorio. 40 Major igitur hic fcripturæ quam teftium fides eft: vide tamen *l. 15. C. de fide inftrumenti.*

Uno enim hoc modo omnibus hujusmodi naturæ excessibus & adinventionibus, in iis qui legitimos non habent filios, medemur, ita brevi solatio tantum naturæ impetum corrigentes. §. 1. Si vero folummodo naturalium filiorum pater hoc [19] quidem propter quasdam fortuitas circumstantias non agat: moriens vero sub quodam prædictorum casuum scripserit testamento [20], *velle sibi eos legitimos esse filios succedentes*: etiam hujus rei damus licentiam: supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, & hoc dicentibus, & ostendentibus patris testamentum, & heredibus existentibus, in quantum pater eos scripserit: & ab imperio hoc percipientibus: ut in uno eodemque hoc quod agitur, sit donum patris & principis: id est, dicere, naturæ [21] simul & legis: & hoc dicimus nullum anteriorem legitimum perimentes modum: sed etiam hunc addentes, in quibus illos accipere non licet, omnino enim suis existentibus, deinde naturalibus procreatis, aut primitus natis, nequaquam legitimorum jus eis adjicitur; nisi forsitan per constitutiones nostras; quæ dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

CAP. III.

De legitimatione per adoptionem.

ET nos non latuit, quia etiam adoptionis [22] modus erat antiquitus ab aliquibus ante nos imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis existimatus: sed æque piæ memoriæ noster pater [23], & constitutio ab illo prolata talia reprehendit [24]. Manere ergo & illam in fuis terminis volumus: quoniam caftitatem diligenter confideravit: & incompetens est, quæ bene excluía sunt, rursus ad rempublicam revocare.

CAP. IV.

Qui sine dotalibus instrumentis contrahere non possunt. Julianus hic num. 243.

ILlud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex primo causarum experimento cognovimus: multæ quidem & continuæ lites nuntiatæ nostræ majestati, ad opus nos deduxerunt hujus legis. Quia enim & antiquis promulgatum est legibus, & a nobis ipsis sunt hæc eadem constituta, *ut etiam nuptiæ extra dotalia instrumenta ex solo affectu valeant & ratæ sint*: sed falsitatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica: (nam introeuntes testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat [25] *Dominam* cohærentem, & ista illum fimiliter nominabat: & sic eis finguntur matrimonia non pro veritate confecta) mus etenim, & caftitatis [27] fumus amatores, & hoc noftris fancimus subjectis, fed nihil est furore [28] amoris vehementius: quem retinere philosophiæ [29] est perfectæ, monentis etiam & inflentem atque inhærentem concupifcentiam refrænantis, ut ii qui hoc tali detinentur, fi abstinebunt sermone ad eas quas amant, quæ eis non per blandimenta conferunt: denique in tantum etiam ante nos legislatores fcierunt animorum affectus, ut etiam donationes [30] conftante matrimonio prohiberent: ut non concupiscentiæ magnitudine victi, latenter paulatim conjuges femetipfos privarent fua fubftantia. Hæc ergo casta lege sanctibus, & quæcunque usque ad nos [32] & fenatores, & magnificentiffimos Illuftres, neque fieri hæc omnino patimur: fed fit omnino & na. Quantum vero in militiis honeftioribus & negotiis, & omnino profeffionibus dignioribus eft: si voluerit legitime uxori copulari, & non facere nuptialia documenta: non fic quomodocunque & fine cautela his domum, & fateatur fanctiffimæ illius ecclefiæ defenfori [34]: ille autem adhibens tres aut quatuor exinde reverendiffimorum clericorum, *mense, illa die mensis, ibi imperii nostri anno, consule illo, venerunt apud eum in illam orationis domum ille, & illi, & consimiles sunt alterutri*: & hujusmodi protestationem, fi quidem accipere volunt aut ambo convenientes, aut alteruter eorum, & hoc agant, & fubfcribant ei, & fanctiffimæ ecclefiæ defenfor, & reliqui tres, aut quantoscunque voluerint: non tamen minus trium literis hoc fignificantibus. §. 2. Si vero etiam hoc illi non egerint: ille tamen talem reponat [37] chartam venerabilis illius ecclefiæ defenfor in ejusdem fanctiffimæ ecclefiæ archivis [38] hoc edit, ubi [39] venerabilia vafa fervantur) præditas fubfcriptiones habentem: ut reconditum fit omnibus ex hoc munimen, & non tur, & omnino ex literis causa teftimonium habet: his ita geftis, & nudotis, aut antenuptialis donationis fit documentum: fidem enim in folis [40] habentes, ad præfencem veninius dispofitionem.

§. 3. Quisquis autem in abjecta [1] degit vita, parvæ quidem substantiæ dominus consistens, in [2] novissima vero vitæ parte jacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas aut milites armatos, & quos lex Caligatos appellat, (hoc [3] est viliores [4] & obscuriores) perscrutamur, quibus civilium causarum ignorantia [5] est, & solius circa terram operationis, & circa bella concupiscentiæ causa est studiosa, & juste laudabilis: sic ut in vilibus personis, & in militibus armatis obscuris & agricolis licentia [6] sit eis & ex non scripto convenire & matrimonia celebrare inter alterutros: sintque filii legitimi qui patrum mediocritatem, aut militares, vel rusticas occupationes & ignorantias adjuvent.

CAP. V.

Si divinis talibus Evangeliis juravit quis in domo privata aliquam uxorem fore.

QUoniam autem interpellationibus quæ nobis fiunt semper, omnium tamen assidue mulieres audivimus ingemiscentes & dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti, ducant eas in domibus suis facta tangentes eloquia aut [7] in orationis domibus jurantes *habituros* [8] *se eas legitimas uxores*: taliter eas habentes [9] tempore multo, & forte suscipientes filios, deinde dum se satiaverint earum desiderio, aut extra filios, aut cum filiis, eas projicientes de suis domibus: judicavimus etiam hoc oportere fancire: Ut si [10] mulier ostendere potuerit modis legitimis, quia secundum hanc figuram [11] vir eam acceperit domi, ut eam uxorem legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam esse ei hanc de domo præter ordinem [12] legis expellere: sed habere eam legitimam, & filios suos esse ei: & illam si quidem indotata fit, nostræ constitutionis uti bonis, quartam [13] substantiæ viri percipientem, sive expellatur, sive prius moriatur vir: non perscrutationibus nobis sive repudio utens dimittat eam, sive etiam sine hoc: neque enim verisimile est eum mittere repudium, qui [14] & ipsas nuptias denegat: sed si eam irrationabiliter expellat de domo, hoc ipsum sit adversus virum justa causatio [15], & mulier hoc facto repudium ei mittat, & exigat quartam [16], si uxor ostensa fuerit extitisse: licet extra [17] dotem convenerit, jurijurando credens. Quid [18] enim agat aliud, quæ ad dotem non est idonea, quam ut semetipsam pro omni dote contradat? §. 1. Sit autem & soboles legitima etiam invito [19] patre. Qui enim ad hoc nuptias fecit, & filios procreavit, ut mulier legitimorum ei filiorum fieret mater: non potest ex tali natos germine, rursus ut naturales [20] abjicere: neque quasdam postea forte nuptias post mortem uxoris, aut repudium contrahens, eos qui ex illis nascuntur nuptiis, velle habere eos solos esse legitimos: nisi eis etiam illi priores fuerint copulati, quorum similiter pater est, teste [21] existente nuptiarum priorum quidem Deo, secundarum autem lege. Eadem nobis lex pro cautela sit nuptias contrahentium promulgata: & si filii quidem ex talibus processerint nuptiis, erunt sui: & his legibus quæ sunt de suis positæ, fruentur.

CAP. VI.

Qui sint filii legitimi, naturales, & neutrum, id est, ex damnato coitu.

SI quid autem præter hæc fiat, non tamen ex conscripta procedat copulatione, erunt naturales [22]: & quæ a nobis largita sunt naturalibus, sive ex testamento, sive ab intestato, potientur. Eos enim qui semel ex odibilibus [23] nobis, & propterea prohibitis nuptiis procedunt, neque naturales vocari, neque participanda eis [24] ulla clementia est: sed sit supplicium etiam hoc patrum, ut agnoscant, quia neque quicquam peccatricis concupiscentiæ eorum habebunt filii.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & ad hominum medelam, & naturæ plenitudinem per hanc legem statuta sunt, tua celsitudo manifesta faciat universis, programmatibus propositis, per quæ omnibus lex erit aperta, cognoscentibus secundum quem circa talia conversentur modum, & nostram considerantibus providentiam: quia omni occupationi alteri eorum utilitatem præponimus. Datum Nonis Jun. *Constantinop.* Imper. DN. JUSTIN. PP. Augusti. Anno XV. JOANNE V. C. CONS. Indict. τῆ θ. μ. ω. ἔτους [25].

TIT. IV.

DE APPELLATIONIBUS SICILIÆ [26].

NOVELLA CONSTIT. LXXV.

SIciliæ appellationes suscipiat Quæstor [27] & interveniant psephismata tam eodicorum quam patrum.

* * *

EPITOMÉ EJUSDEM EX JULIANO.

DE APPELLATIONIBUS IN SICILIA CORRECTIS.

1 Hi vilissimi homines dicuntur. Jul. *n.* 265. *in fin.* 2 Εἰς ἔσχατον δὲ τῆ ἡμῶν μισοπονηρίᾳ ἀκκαλήμασιν. Græci *hic.* 3 Τυτέστιν ὑντελεσέρως τῷ ἀδιαστίγως. Græci hæc loco: *sic* ὑντελῶς Nov. 17. *c.* 3. & apud Harmen. *l.* 1. *tit.* 6. §. 35. *lib.* 5. *tit.* 8. §. 107. viliis & abjectus. Alias cohortalis 5. *Eclog. c.* 62. 4 Caligati, id est viliores. dixi ad *l.* 9 *in fin. ff. de cust. reor. l. a caligata militia.* 21. *Cod. de muneris*, hinc caligatus militia, *l.* 10. *ff. de excus. tut.* 5 Milites & rusticani jus civile ignorant. 6 Scriptura non exigitur in nuptiis militum & agricolarum. In quibus cautis non requiratur scriptura, dixi ad *l.* 17. *C. de pactis.* 7 Sponsalia non carulisse benedictione ecclesiastica hic locus ostendit. 8 In futuro, hoc enim differunt sponsalia a nuptiis. 9 Julianus hanc qualitatem non adjicit, sed simpliciter ait, Si quis divinis talibus scripturis juravit mulieri, legitimam se uxorem habiturum, vel si in oratorio tale sacramentum dederit, fit illa legitima uxor. Jul. *hic*, *num.* 266. & merito, cum testem Deum habuerit, cui velle illudere sacrilegium est. §. 1. *in fin. inst.* 10 Presumptio contra mulierem fiet alias, nec sola ex cohabitatione nuptiæ præsumentur, Alciat. 2. *præsumpt.* 5. quod tamen olim non fuit, *l.* 24. *ff. de rit. nupt.* 11 Id est, sub hac promissione. 12 Id est, legitimas causas repudii, de quibus vide Nov. 22. *c.* 15. 13 Quartam uxori competentem in bonis mariti observa. de qua vide *Nov.* 53. *cap.* 6. *Nov.* 22. *c.* 18. *Nov.* 117. *c.* 5. 14 Negans nuptam, repudium ei mittere dici non potest: privatio namque habitum præsumit. 15 Querela, accusatio. 16 De qua supra. 17 Id est, licet dotem nullam meriti attulerit. 18 Indotata omnino non intelligitur venisse, quæ seipsam dotis loco marito tradidit. vide *l.* 12. *Cod. qui potiores.* 19 Invito filius legitimus esse potest. 20 Tantum scil. 21 Deus testis est omnium, quæ geruntur, maxime vero eorum, quæ in domo ejus, templo, ac ecclesia aguntur. 22 Naturales. *Græci hic.* 23 Qui ex damnato concubitu nascuntur, neque naturales sunt, neque patri succedunt. Jul. *conf.* 67. *n.* 267. adde *Novell.* 89. *c.* ult. *Authenticum Ex complexu. Cod. incest. nupt.* 24 Eorumve liberis. Num si damnati ex coitu illicito, parentibus non succedunt, nec si succedent, qui ex illis descendunt, vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 74. *n.* 1. & nati naturum, & qui nascentur ab illis. 25 Id est, anno 541.

26 Id est, in Sicilia porrectis. Jul. *conf.* 69. adde *Nov.* 104. de Siculis notanda Theodorici regis verba sunt: Novimus, inquit, tetrante Tullio, Siculorum naturam, quam fit facilis ad querelas, ubi solita consuetudine possint judices etiam de suspicionibus acculare, vid. Cassiodorum 1. *Var.* 3. 27 Quæ olim referebantur ad prætorium prætorio. *l.* 27. *C. Theod. de appellat.* 28 Jul. *d. loco.* 29 A consilari fit, vel prætore Siciliæ. Consularem enim prius habuit Sicilia: deinde prætorem, *Novell.* 104. 30 Alii defensores confirmantur auctoritate præfecti prætorio.
31 Patres civitatum fuere in singulis Siciliæ urbibus.

32 De monachis. *Index Regina.* 33 De constitutione imperatoris, quæ loquitur de subditantis monachorum vel afectariarum, Julian. *conf.* 70. 34 Cui opponitur monachismus. 35 *Novell.* 5. *c.* 5. 36 Monachismi professione, dominus eiurat rerum fuarum proprietatem. 37 Vid. Authent. *Ingressi. C. de sacr. eccl.* 38 *Novell.* 5. 39 *Nov.* 22. *c.* 1. & 2. *Novell.* 54. & 88.
40 Id est, anno 538.

TIT.

A Ppellationes [28] quæ in Sicilia porriguntur [29] adversus sententias prætoris vel ducis vel cujusvis alterius judicis in Sicilia constituti, apud quæstorem in hac regia urbe exerceri præcipimus, ut ipse discutiat causas provocationis & sententiam dicat, & nostro imperio referat, ut nostra auctoritate sententia ejus roboretur. Sed & si aliud civile emergat, veluti defensoris [30] confirmatio, vel decretum patris [31] civitatis Siciliæ: similiter ad quæstorem referatur, & calculo ipsius confirmetur, nostra scilicet auctoritate suggerente quæstori sequenda.

TIT. V.

HÆC CONSTITUTIO INTERPRETATUR PRIOREM CONSTITUTIONEM, DE IIS QUI INGREDIUNTUR MONASTERIUM [32] ET DE SUBSTANTIIS [33] EORUM, ET EX QUO TEMPORE OPORTEAT EAM VALERE.

NOVELLA CONSTIT. LXXVI.

Idem Imper. Augusti. Joanni gloriosiss. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

CAusa talis ad nos pervenit, quam existimavimus oportere competenti uti a nobis interpretatione, simul & adjutorio. Cognovimus etenim, quia mulier quædam habens filium sibi ex nuptiis legitimis procreatum, voluit quidem segregare se a communi [34] ista conversatione, & in quodam mulierum monasterio commanere, plurima bona faciens mulieribus reverendissimis ibidem congregatis. Et quoniam nostræ pietatis lex [35] vult eos qui se monasteriis dederint, seu viros, seu mulieres, antequam ingrediantur monasterium, eo quo voluerint modo quæ sua sunt disponere, nec posse, postquam ingrediuntur monasterium, ulterius agere quicquam de propriis, utpote domini [36] rerum non existentes ulterius, eo quod sanciverimus nos hujusmodi viros & mulieres cum corpore & anima ipso ingressu ad monasterium dedicare se [37] suasque substantias, & si quidem discesserint, manere etiam sic eorum substantias in monasterium, eo quod domini harum ulterius non existunt: hinc autem metuere, ne forte quamvis nostra constitutio multo posterior sit, quam quod in prædictam venerabilem domum ingressa est, aliqui prohiberent eam profpicere suo filio: & oportere propter prædictum metum hæc interpretari & lege nostra fieri manifesta, quia nihil læsa sit, aut ipsa, aut filius ejus circa ejus successionem ex memorata constitutione.

CAP. I.

PRopterea sancimus, si quis monasterium habitaverit vir aut mulier ante prædictam [38] nostram constitutionem, aut hactenus habitat, & maxime filiis existentibus, nullam habere necessitatem nunc eorum substantiam in monasterium, sed filio aut filiæ transmittere aut totam, aut etiam partem suæ substantiæ: aut etiam quo voluerit modo res suas disponere: utpote primam illam legem alia nostra hac constitutione interpretante, (eos enim qui semel ante memoratam dudum nostram legem monasteria intraverint, in nullo postea posita lex constrictaturia est, aut ablatura eorum quæ prius eis ut liceat, data funt) neque prius nostræ legi impedimentum penitus faciente, eo quod neque possibile sit hoc fieri, ut oportuisset prius disponere, & ita ingredi in monasterium. Si vero nulla tunc tali lege posita, in monasterium ingressa est: quomodo fieri potuerit conventi ordinem legis, & exigere eos qui prius ingressi sunt monasterium, illa facere quæ prius ignorata, postea per sacram nostram constitutionem sunt innovata? Sed unumquemque competit secundum sua tempora exspectare, & ea quidem quæ post legem sunt ita quærere fieri, sicut lex vult: si quid autem ante legem subsecutum est, hoc non commovere, neque perscrutari, sed in priori figura relinquere. §. 1. Hæc igitur lex pro interpretatione utili posita sit prioris nostræ illius constitutionis: ut illa in [39] posterioribus temporibus ex quo facta est, locum habeat: & iis qui postea convertentur viris ac mulieribus posita sit: sibique potestatem in illis custodiat: nihil horum quæ antea fuerint, perscrutando, cum licentia sit prioribus viris ac mulieribus qui habitaverunt aut etiam hactenus habitant in monasteriis, & maxime filiis existentibus, suas res quo volunt disponere modo.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis & per hanc sacram declarata sunt legem, solenniter per programmata sua omnibus facere manifesta festinet. Dat. Idib. Octob. Imper. DN. JUSTIN. PP. A. Anno XII. JOANNE V. C. CONS. Indictione secunda [40].

TIT. VI.

UT NON LUXURIENTUR HOMINES CONTRA [1] NATURAM, NEC JURENT [2] PER CAPILLOS DEI, AUT ALIQUID [3] HUJUSMODI: NEQUE BLASPHEMENTUR [4] IN DEUM.

NOVELLA CONSTIT. LXXVII.

Imp. Justinianus Augusti. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

OMnibus hominibus qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, quia omne nobis est studium & oratio ut crediti nobis a domino Deo bene vivant, & ejus inveniant placationem: quoniam & *Dei misericordia non perditionem, sed* [5] *conversionem & salutem vult: & delinquentes qui corrigantur, suscipit Deus*: propter quod nos omnes invitamus Dei timorem in sensibus accipere & invocare ejus placationem: & novimus, quia omnes qui dominum diligunt, & misericordiam ejus sustinent, hoc faciunt.

CAP. I.

IGitur quoniam quidam diabolica instigatione comprehensi, & gravissimis luxuriis semetipsos inserunt, & ipsi naturæ contraria agunt: istis injungimus in sensibus accipere Dei timorem, & futurum judicium, & abstinere ab hujusmodi diabolicis & illicitis luxuriis, ut non propter hujusmodi impios actus ab ira Dei justa inveniantur, & civitates cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim a divinis scripturis, quia ex hujusmodi impiis actibus & civitates [6] cum hominibus pariter perierunt. §. 1. Et quoniam quidam ad hæc quæ diximus, & blasphema verba, & sacramenta de Deo jurant, Deum ad iracundiam provocantes: istis injungimus abstinere ab hujusmodi, & aliis blasphemis verbis, & non jurare *per capillos & caput, & his proxima verba*. Si [8] enim contra hominem [7] factæ blasphemiæ [10] impunitæ non relinquuntur: multo magis qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere. Propterea igitur omnibus hominibus hujusmodi præcipimus a prædictis delictis abstinere, & Dei timorem in corde accipere, & sequi eos qui bene vivunt. Propter [11] talia enim delicta, & fames, & terræ motus, & pestilentiæ fiunt: & propterea admonemus abstinere ab hujusmodi prædictis illicitis, ut non suas perdant animas. Sin autem & post hujusmodi nostram admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis: primum quidem indignos semetipsos faciunt Dei misericordia: post hæc autem & legibus constitutis subjiciuntur tormentis. §. 2. Præcipimus enim gloriosissimo præfecto regiæ civitatis permanentes in prædictis illicitis & impiis actibus post hanc admonitionem nostram comprehendere, & ultimis [12] subdere supplitiis, ut non ex contemptu talium inveniatur & civitas & respublica per hos impios actus lædi. Si enim & post hanc nostram suasionem quidam tales invenientes, hoc subtercelaverint: similiter a Domino Deo condemnabuntur. Ipse etenim gloriosissimus præfectus si invenerit quosdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit secundum nostras leges: primum quidem obligatus erit Dei judicio: post hæc autem & nostram indignationem sustinebit.

TIT. VII.

UT LIBERTI DE CÆTERO AUREO NON [13] INDIGEANT [14] ANNULO: ET UT PRISTINIS RESTITUANTUR [15] NATALIBUS: ET DE CELEBRATIONE DOTALIUM INSTRUMENTORUM IN LIBERTIS MULIERIBUS FACTA, ET HOC IPSO ETIAM NUPTIAS LEGITIMAS FIERI; ET FILIOS SUOS: SI NUPER ETIAM ANCILLA FUERIT, ET IPSAM LIBERAM ESSE CELEBRATIONE DOTIS, ET NUPTIAS LEGITIMAS: ET QUI EX EA PROCESSERINT FILIOS SUOS.

NOVELLA CONSTIT. LXXVIII.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosissimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

PErfectis nobis omnibus bonis a magno Deo datis, existimavimus oportere & ipsas servorum libertates, (cum a priore conditione a dominis liberantur) eis omnino puras & infucatas & perfectas efficere: & propterea etiam dedititiorum [16] injuria liberavimus libertates: & Latinitates [17] velut imperfectas exclusimus: & iterationes [18] superfluas demonstravimus: & Junianæ [19] legem & Largianum [20] odivimus senatusconsultum, utpote in initio inaniter introductum, & recte postmodum reprobatum: solamque [21] valere Romanam civitatem in libertatibus voluimus, non [1]ocis, non ætatibus [22], non alio quodam causam discernentes. Quoniam autem semper aliquid melius de nostris subjectis tractamus, etiam ipsum quod perfectius datum est a majoribus existimavimus oportere adjectionibus ampliare.

CAP. I. [23].

De jure annulorum aureorum omnibus libertis generaliter concesso.

PRopterea [24] sancimus, si quis manumittens servum aut ancillam suam, *cives* [25] *denunciaverit Romanos*, (neque [26] enim aliter licet) sciat ex hac lege, quia qui libertatem acceperit, habebit subsequens mox, & aureorum annulorum & regenerationis [27] jus, & non jam ex necessitate hoc a principibus [28] postulabit: neque indigebit omnino ulla scrupulositate: sed libertatis virtute hæc omnia subsequentur: hac nostra lege ex præsenti die inchoante. Non enim aliquid horum quæ prius facta sunt, perscrutamur. Firmamus igitur omnia præcedentia: ut valeant secundum eos, per quos facta sunt modos: sed hæc quidem sic habere sancimus.

CAP. II.

De reverentia & obsequio patronis a libertis præstandis &c.

ILlud vero adjicimus, ut nihil neque post hanc legem nostram lædantur patronatus jura, illa vero quæ nos sancimus, in quibuscunque omnino hæc personis servabimus, nisi [29] tamen etiam ab his libertum qui libertatem donavit, absolverit, aut per fideicommissum hoc relinquens, aut in ipsa libertate hoc adjiciens, nam si hoc ille dederit, omnino qui manumittitur, absolvetur etiam a patronatus jure, eo quod ille hoc exprefferit. Habeant itaque hæc omnia qui libertatem meruerunt: verumtamen servent etiam post hanc nostram constitutionem eis qui ad talem eos perduxerunt honorem [30], omnem reverentiam, & hoc quod vocatur obsequium & reverentiam recte legibus introductam: quin etiam abstineant aut manibus [31], aut insidiis, aut aliis ex quibus liberti tale aliquid agentes rursus, & servitutem sustinent secundum de his scriptas leges, & restituuntur priori conditioni. Nam [32] si nullum penitus ingratum [33] esse circa donatorem permisimus, licet fuerit bene [34] natus, sed donationes infirmas pronunciavimus in iis, quæ dudum a nobis scriptæ sunt legibus, & in iis quæ a nobis quotidie præcipiuntur: quomodo patiemur manumissorem, qui æqualis patri [35] circa libertum factus est, ab eo aliquas pati malignum, aut injurias forsitan asperas & indecentes, seu plagas, aut maxime intolerabilia sustinere dispendia: Sed si quid horum legitimis probationibus convicerit passum se, qui libertatem dedit, vel ejus filios: post prædictas probationes libertum in priori restituimus habitu: nominum quidem persecutatione, & propter hoc dispendiis, omnes eripientes, justitiam autem ubique & æquitatem: & quod legislatorem decet, & quod placet Deo & liberto, & dudum domino conservantes. §. 1. Quapropter fint quidem & liberti & ingenui, sive ii qui dudum manumissi sunt, & evidenter eis hoc largitum est: sive illi qui post hanc legem nostram ad ingenuitatem venientes, tanquam bene [36] nati jam facti vivant, & debitum honorem manumissoribus reddant: ut non denuo & libertate & benenatione [37] cadant, tanquam indevoti ingratique convicti, & a lege damnati. Erunt namque ita perpetue liberi & ingenui, si manumissoribus eorumque filiis [38] inconfusam & liberam suam venerationem & reverentiam devotionemque servaverint: quibus videlicet conservatis nunquam ad priorem relabentur fortunam.

1 De impudicis dicam ad Novellam 141. nec enim fit hic mentio τῶν ἀρσενοκοιτῶν. 2 Jul. *conf.* 21. *caus.* 22. *quæst.* 1. *c. si quis.* adde 5. *decret.* 26. *de maledicis.* 3 Aut per ejus membra vel per creaturas. vide *c.* 26. *x. de jurejur.* 4 Blasphemia in Deum prohibita, de qua vide Petrum Gregorium 33. *syntag.* 52. Clarum 5. *sent.* 5. *Blasphemia.* Tomum 4. Ordinationum Gallicarum 6. *de la punition ordonnée contre les blasphemateurs.* Porro βλασφημία dicitur ἐκ τῆ βλάπτειν τὴν φήμην, id est, ex eo, quod alterius famam lædat, estque idem, quod κακολογία. 5 Deus non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat. *Ezech.* 33. *v.* 11. *Nov.* 14. & 141. 6 *Genes.* 19. *vers.* 24. & 2. *Pet.* 2. *vers.* 6.
7 Κατὰ τρίτος τῆς κεφαλῆς. *Scrim.* 8 Argumentum a minori ad majus: si a pœnis delictorum in homines commissorum ad ea, quæ committuntur in Deum. Sic proximum facrilegio crimen majestatis dicitur, *l.* 1. *ff. ad l. Juliam majest.* 9 Pœna magistratuum, *l. un. Cod. si quis imperat. maledix.* parentem, *l.* 1. *ff.* 9. *ff. de offic. fervos Dei Exod. c.* 1. *Reg.* 18. 3. *Reg.* 21. 1. *Paralip.* 20. *Hieron.* 24. *Luc. Leo.* 7. *Matt. c.* 6. 7. 16. 21. 26. 1. *Corinth.* 4. *vers.* 13. 2. *Pet.* 2. *vers.* 2. *Apocalyps.* 2. *vers.* 9. Polycarpo caufam fuam agenti turba conclamavit, *αἷρε τὺς ἀθέους. Just. martyr.* adde Tertull. *c.* 9. *Apolog.* Minutium Felicem in *Octavium seu Octavium Arnobii.* 10 Ut funt convicta, injuriæ, execrationes, libelli famosi. 11 Blasphemiæ effectus.
12 Pœna blasphemi, ultimum supplicium: id etiam jure divino constitutum fuit, *Levit.* 24. Gregorius pœnam mitigavit, blasphemis seu dominicis diebus pro foribus templi stare jussis, dum aguntur missarum solennia. Steptimo vero, nudis & quidem corrigia in collum injecta &c. *cap. Statuimus. x. de maledicis.* Qua tamen pœna comprehendi clericos (ne ob id eorum ordo vilescat) idem Gregorius noluit, quem sequuntur canonistæ, vid. Clarum 5. *sent.* 5. *blasphemia* 3. *vers. sed quæro.* ita pauciliimis ut locis legitima pœna fervetur, quod Clarus *eodem loco* jure deplorat. Lege *tom.* 4. *ordinat. Gal.* 6. Sub Philippo Valesio Francorum rege, blasphemum a prima hora ad nonam usque, ferreum ad collare publice stetisse: iterantem vero ad candem torquem die nundinarum ligatum, eique superius labrum ferro candente fic dilcissum, dentes ut conspici fierent: tertia vice, labrum inferius, quarta utrumque: quinta, linguam abscissam: ut qua parte peccasset, eadem & puniretur. vid. plura apud Petr. Gregor. 33. *syntagm.* 12. Quid ira, ebrietas delinquentis & consuetudo universæ provinciæ, excusatne blasphemum a pœna? Duobus prioribus adhuc, Clarus vult pœnam mitigari: poltremo, pene excusari. Placet in eo tamen, quod refert, non admissos a Senatu articulos & exceptiones blasphemorum, suum delictum confuetudine vel usu totius provinciæ elevantium, *d. loco, in fin.* An blasphemiæ damnatus non capitaliter, fiat infamis, aliter dijudicari non potest, quam ex tenore sententiæ & provincialum statutis, *l.* 13. 9. 6. *ff. de his qui notantur.*

13 Olim indigebant *ff. & Cod. de jure aureor. annul.* 14 Vid. *tit. C. de dedititia libert. tollend.* fiebant autem *Dedititii* ex lege Ælia Sentia. §. 3. *Inst. de libert.*
15 Παλιγγενεσίαν Græci hic & alibi vocant, quam Latini appellant natalium restitutionem. 16 Vid. *tit. C. de dedititia lib. tollenda.* 17 Quod reliquos homines, non quod patrimonium attinet: nisi patronus manumittendo jus fuum remiserit. *l. pen. l. ult. C. de bon. libert.* 18 Latini fiebant inter veteres iteratione, quod ut fierent, vide Elpianum 3. *in princ. & §.* 3. 19 Norbanum Fil. qui libertini fiebant Latini 5. 3. *Inst. de libert.* 20 Largiano fenatusconsulto cautum fuerat, ut liberti manumissoris (non nominatim exheredati) extranei heredibus eorum, in bonis Latinorum præponerentur. 5. 4. *Inst. de succes. lib.* & ita Senatusconsultum Largianum erat appendix legis Juliæ Norbanæ de libertinis Latinis latæ, *l. un. in princ. Cod. de Latina libert. tollend.* 21 Vid. *tit. C. de Latina libert. tollend. & per tertas modas in civitatem Romanam translata.* 22 Vid. Ulp. *tit.* 3. §. 2. §. 3. 23 Jul. *num.* 260.
24 Hinc iumpta eft Authent. *sed hodie*, *C. de jur. aureor.* 25 Qui a domino manumissus est in formula, *ut civis Romanus sit*, ingenui jus habet. 26 Quotquot enim manumittuntur, cives fiunt Romani. Hinc colligas, privato cuique licere per obliquum civem Romanum facere, & jus civitatis Romanæ conferre. Manumittens enim manumisso jus civitatis confert, lege videlicet id permittente. 27 Παλιγγενεσίαν, id est, natalium, non est ut libertinus, erit ut ingenuus, *Nov.* 18. *cap.* 11.
28 Natalium restitutio olim a solo principe dabatur. *l.* 3. *ff. de natalibus restituendis.*
29 Servus ingenuus factus a domino, omnibus ingenuus est, at non manumittenti, nisi jus patroni nominatim remissum ei fuerit. *leg. penult. l. ult. C. de bon. lib.* Potest enim manumissor patronatus prærogativa, vel cum manumittit, vel testamento renunciare, Julian. *conft.* 72. *num.* 261. Jus patronatus remittitur, at non obsequium & honor. *Jul. loc.*
30 Jure patronatus remisso, obsequium remissum non intelligitur.
31 Nota, quibus modis manumissi recidant in servitutem, vid. *l. ult. in fin. C. de bon. liber.* l. 2. *C. de libert.* 32 Argumentum a pecuniariis donationibus ad donationem libertatis observa. Illa propter ingratitudinem ut posslint revocari: ita & hæc potest. 33 Donatio revocari potest ob ingratitudinem. vid. *l. ult. C. de revoc. don.*
34 Κὰν εἰ τῶν εὐγενεστάτων εἴη. *Scr.* 35 Manumissor manumisso patris loco est.
36 Ὡς εὐγενῆς. 37 Εὐγενείας. 38 *l.* 5. *C. de offic. l.* 3. *C. de libert.*